

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 5158

**Auteur(s) :** Lucius III [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Jean Ier Fils de Luc, Évreux (évêque)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1182, 18 juillet

**Lieu d'émission :** Velletri

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Lucius [III] confirme à l'évêque Jean des biens de l'église d'Évreux.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 213, p. 314-315.

### Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 14685, t. 2, p. 443.

## Dissertation critique

Datation proposée par J. Ramackers.

Texte établi d'après a

Lucius episcopus servus servorum Dei. Uenerabili fratri Iohanni Ebroicensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Et ordo rationis exostulat et ecclesiastice utilitatis consideratio nos inuitat fratres et coepiscopos nostros ampliori caritate diligere eorumque petitiones, quantum cum Deo possumus, efficaciter exaudire. Eapropter, uenerabilis in Christo frater, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu Brouillam cum ecclesia et omnibus libertatibus et pertinentiis et appendiciis suis, Auiron cum omnibus libertatibus et appendiciis suis, Bernoeuillam cum omnibus libertatibus et pertinentiis et appendiciis suis, Condatum cum ecclesia et omnibus libertatibus et pertinentiis et appendiciis suis, Sacum et ecclesiam eiusdem uille cum omnibus libertatibus et pertinentiis et appenditiis suis, omnes ecclesias de Uernolio cum omnibus libertatibus suis, omnes decimas prefecture et molendinos eiusdem castri tam in blado quam in nummis, omnes ecclesias de Nonancort cum omnibus libertatibus suis et decimis uini et bladi et decimis et molendinorum et prefecture et omnibus aliis pertinentiis, cum quadam terra extra uillam et omnibus aliis pertinentiis, que ad ius episcopatus pertinere noscuntur, in ciuitate Ebroica terram de ponte H(er)wart et terram de Ualesme, que fuit de feudo Comin, terram de Bogi cum omnibus pertinentiis suis ad ius episcopatus pertinentibus tam in aquis quam in molendinis, terris, uineis et nemoribus et omnia, que in presentiarum possides iuste ac pacifice aut in futurum iustis modis prestante domino poteris adipisci,

auctoritate apostolica tibi confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli etc. Si quis autem etc. Dat. Velletri XV kal. aug.